

garrire. *u. intr., tr.* **FORMA perf.** garriui uel garrii CHAR 321c. garrio garris garrii. DIOM 370. garrio garriui garrii. **ETYM** GARR-. **DLAT** aggarrire, congarrire, Garricus?, garriosus, garritus, garrium?, garro?, garrulus. [**FREQ humilis 75** ^{indicia} **4,52** /d.c.m. **254-184** PLAUT] *uocabulum scriptis litterariis omne genus, specialiter satiricis, idoneum, et prosa et uersu; omnibus usibus, praecipue pro rata parte quotidianis; inde ab initiis apparet; uerbum fuit uulgo cognitum et semantizatum, argute usitatum.*

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{d.c.m. subc.}
	argumentans	28	3,9
	dramatica	9	20
	exponens	3	1
	lyrica	1	3,5
	narratiua	24	4,4
	satirica	10	52
DIACHRONICA	III-II aec.	8	20
	I aec.	9	3,2
	I-II ec.	14	3,6
	III-V ec.	44	4,7
DIAPHASICA	docta	12	5,8
	media	52	3,7
	quotidiana	11	19
DIASTRATICA	litteraria	74	5,4
	technica	1	0,36
MODUS	prosa	55	3,8
	uersu	20	10

¶ **a1** *iugiter, continuo, abundanter loqui - hablar abundantemente, charlar, parlotear, coto-rear o graznar* [HYPER loqui TROP aggarrire, effutire SIM blaterare^a] **254-184** PLAUT Capt 613. ludificabitur, garriet quoi neque pes umquam neque caput compareat. **161** TER Phorm 496. tu mihi cognatu', tu parens, tu amicu', tu ... Do. garri modo. **68-44** CIC Att 6.2.10. cupiebam etiam nunc plura garrire sed lucet; urget turba. 12.1.2. garrimus quicquid in buccam. **34-30** HOR Sat 1.9.13. cum quidlibet ille garriret, uicos, urbem laudaret. **60** PETRON 55.2. quam in praecipiti res humanae essent uario sermone garrimus. **120-160** FRONTO Aurel 462. cum matercula mea ... multum garriui. **412-427** AUG Ciu 9.4.7. tempestate transacta ... securitas praebuit conloquendi uel etiam garriendi locum. [ISID Diff 1.G.267. Garrire et loqui. Loquitur qui recte et temperanter dicit; garrit qui aut multa uerba dicit, aut sordide loquitur. ALC G.6. garrit subtiliter murmurat. GLOSS 2.472.30. garrio φλωραῶ. 2.218.58. ἄδολεσχῶ. 5.297.34. subtiliter murmurat uel loquitur uel uerbosatur. 4.81.19. iocatur, uerbosatur, perstrepet.

interdum clamare sicut aues facere solent - ocasionalmente, chillar cualquier tipo de ser, seguramente a la manera de los pájaros [TROP stridere] **390** HIER Quaest Hebr in Gen 0.1. laruarum natura esse dicitur ... in angulis garrire tenebrosis.

a2 *ostendere id de quo loquitur - especificando el contenido de lo que se hablaba: contar o narrar* [HYPER expedire^c] **34-30** HOR Sat 2.6.77. Ceruius haec inter uicinus garrit anilis ex re fabellas.

a3 *propter id, maxime quo modo loqueretur, irridebatur seu illudebatur; quo apud satiricos quasi mussitare uel susurrare utebatur - incorporaba un componente despreciativo o ridiculizador en lo que se hablaba o decía, sobre todo por el tono empleado; y así aparece, en la sátira: cuchichear* [HYPER susurrare^c TROP fringuttire^b DOM auris, auricula] **60** PERS 5.96. secretam garrit in aurem. **80-85** MART Epigr 5.61.3. Nescio quid dominae teneram qui garrit in aurem. 11.24.2. Aurem ... tibi praesto garrienti.

a4 *tam abundanter loquendo quasi garrulare comprehensum est - este charlar podía convertirse en algo pesado o absurdo: garlar, hablar por los codos, hablar de vicio* [HYPER loqui^c SIM ~garrulare] **330** ARNOB 1.43.2. Quid dicitis, o paruuli, incomperta uobis et nescia temerariae uocis loquacitate garrientes?

a5 *seu mendacia promere - o contar chismes y mentiras, coloquial rajar de* [HYPER mentiri^a] **390** AMM 18.3.10. sub Augusti patulis auribus multa garriebat et saeua. **400** VULG Epist Ioh III 1.10. uerbis malignis garriens in nos. [GLOSS 4.81.33. delerat loquens. 5.24.7. garrire autem multa uerba et sordide loqui.

quae philosophi praecipue faciebant - sobre todo en boca de filósofos **55** CIC De orat 2.21. in gymnasiis philosophi garrire coeperunt. **339-419** AUG Tri 15.12.21.5. multa illi philosophi garriunt contra corporis sensus.

seu uulgus minime sciens et garrulum - o de la de gente que no entiende nada y habla sin sentido **370-420** HIER Epist 2.45.6. Maleficum quidam me garriunt. 3.50.5. Non est grande ... garrire per angulos et medicorum tabernas, ac de mundo ferre sententiam.

a6 *interdum per acc. internum iocari seu per lusum dicere - decir en son de broma* [HYPER iocari^b] **163** TER Haut 823. SYR. argentum ad eam deferens quod ei pollicitu's. CLIT. garris. unde? **34-30** HOR Sat 1.10.41. potes ... comis garrire libellos. **400-430** AUG Epist 254.5. quod se dicit uelle esse sanctimoniam, iocus sit potius garrientis, quam sponsio profitentis. **400** AUG C Faust 22.117. aliquem grauem uirum ludicrum aliquid garrientem. [GLOSS 4.81.19. iocatur. 4.603.17. garrientium per ludum dicentium. 4.603.18. subtiliter murmurat uel blanditur siue iocatur. 4.595.41. gaudit, blanditur uel subtiliter murmurat, iocatur.

acc. nugas - decir tonterías **254-184** PLAUT Aul 830. Soleo hercle ego garrire nugas. **201** PLAUT Curc 604. Nugas garris.

immo supra modum cauillis loqui - y, en un paso más, pasarse en la broma **161** TER Eun 378. PA. quid agi'? iocabar equidem. CH. garris. [GLOSS 5.534.45. garris ineptis. 5.642.3. garrire inepte loqui.

a7 CHRIS *inepte loqui, etsi sapienter uideatur, religionis inimici, et daemonicolae et qui haeretici dicebantur - hablar estúpidamente, aunque con apariencia de sabiduría, los enemigos de su religión, y entre ellos no solo los paganos, sino los considerados herejes* **370-420** HIER Epist 4.96.7. haec garriat magister indoctus cum sectatoribus impiis. 4.98.5. nec illud, quod eiusdem haereseos sectatores cauillantur et garriunt, Ecclesia suscipit. **397-401** AUG Conf 7.26.20.1. garriebam plane quasi peritus. **398** AUG Serm 10.115.3. audiant ista nescio qui impie garrientes. 20.242.6. Illi garriant, nos credamus. **400** AUG C Faust 21.35. iste Faustus ut has uanitates diserte garriret. **400-430** AUG Epist 191.2.1. qui errorem illum christiano infestissimum nomini audent garrire liberius.

re uera ad daemonicolas scriptores pertenturum fuit - en realidad, acabó siendo aplicado simplemente a las escrituras paganas **400-430** AUG Epist 138.3.16.7. Audiant Satyricum suum, garriendo uera dicentem. (Iuv 6.287)

GRAM ^{dat} **397-401** AUG Conf 9.1.1.1. garriebam tibi ... domino deo meo.

b1 *canere seu sonare fistula - sonar la flauta* [HYPER canere^b] **37-68** PS VERG Copa 9. Maenalia quae garrit dulce sub antro rustica pastoris fistula more sonat.

b2 *abundantius quasi edere uoces uaria animalia, ut blaterare rana - más abundantemente, emitir sus voces diversos animales, como croar la rana* [HYPER edere uoces animalia terrestria SIM blaterare^c] **80-85** MART Epigr 3.93.8. Cum ... melius ... ranae garriant Rauennates. [ANTH 762.64. Garrula limosis rana coaxat aquis.

b3 *seu baubari canis - o gruñir el perro* [HYPER edere uoces animalia terrestria SIM ~baubari] [PAUL FEST 8.36. Hirrire garrire, quod genus uocis est canis rabiosae.

b4 *edere uocem auis qualis lusciniia - piar las aves, como el ruiseñor* [HYPER edere uoces aues] **125** APUL Flor 17. lusciniiae in solitudine arcana canticum adulescentiae garriunt. [ANTH 762.7. est auium, spatiis garrire diurnis.

b5 *siue cornicula - o la corneja* [HYPER edere uoces aues] **370-420** HIER Epist 2.40.2. corniculae ... garrienti.

similitudo inter philosophum seu daemonicolam et auem inter fructeta garrientem semel inuenitur - en una ocasión aparece la comparación entre el filósofo o el pagano que habla vacío y el ave que chilla entre los matorrales **397-401** AUG Conf 12.28.38. alii uero, quibus haec uerba non iam nidus sed opaca fructecta sunt, uident in eis latentes fructus et uolitant laetantes et garriunt scrutantes et carpunt eos.